

Gamelbd.

010

de,

DE
MOSE TYPO
CHRISTI
EXPONIT

ET AD
ORATIONES ALV-
MNORVM DVORVM
DISCEDENTIVM

AVDIENDAS


A. O. R. cl. lo CC XXXVI. d. 2. Mart.

AVDITORES OPTIMOS
PEROFFCIOSE

invitat

M. Mich. Heinr. Reinhardus, Rect.

TORGAVIAE,
imprimebat IO. GOTTLIEB PETERSELL.



Ræclare pridem viri doctissimi monuerunt, si Scriptura sacra nobis typum Christi Servatoris optimi et simulacrum aliquod in Veteri Testamento commonstrat, excitandam esse piam nostram diligentiam, et comparationem, cuius vestigia obscura divinitus indicata esse videmus, deinde a nobis longius continuandam et prosequendam esse, ut ex ipsis foederis antiqui umbris eo maiorem lucem doctrinæ novæ colligamus et consequamur. Idem vero in Mose, Iudæorum legislatore, ut facere iam instituam, eo facilius inducor, quo planiora nobis in promptu sunt indicia, quæ virum hunc divinum in omni vita plurimum imaginem Servatoris nostri retulisse ostendunt. Namque et ipse Moses iam vaticinatus est Deut. XVIII, 15. Messiam ex Israële aliquando excitandum, fore talem, qualis ipse fuerit, prophetam, et deinde, cum Messias ille apparuiisset, eius discipuli Stephanus et Petrus eum tandem invenerunt, qualem ex Mosis exemplo cognitum habuerunt. Act. VII, 37. Act. III, 21. f. Fuit enim Christus $\pi\mu\sigma$ in omni domo Dei sicuti Moses Ebr. III, 2. dum ei paterfamilias divinus rem omnem familiarem creditit gubernandam. Quid multa? ubi Paulus, apostolus, docet in Mosen baptizatos fuisse Israëlitas, rotunde et perspicue dicit ταῦτα τύποι οἵμων ἐγενήθησαν, hæc nobis in Christum baptizatis typi loco esse. I. Cor. X, 2. 6. Quæ cum ita sint, et Mosen cum Christo recte comparandum esse pateat, diligentius iam comparationis rationem liceat investigare, sic tamen ut meminerimus, quæ in typo insunt, in antitypo omnia sic illustriora et excellentiora esse debere, quemadmodum in luce res multo clarius quam in umbra apparere scimus. Sed facile intelligimus et ex illis scripturaræ sacræ locis, et ex iis, quæ postea dicemus, Mosen similem ex-

extitisse Christi propter officium munusque publicum, quod u-
terque divinitus gessit. Licit autem amplissima et diversissi-
ma fuerint Christi officia, solent tamen doctores sacri omnia
illa grandia atque varia uno mediatoris nomine comprehende-
re atque complecti. Quod quidem officii nomen quasi propri-
um Christo vindicari videmus 1. Tim. II, 5. Sed enim vero in-
de ab origine mundi nemo extitit, qui, sicut Moses, Dei gene-
risque humani mediator atque arbiter esset aut omnino appelle-
laretur, per cuius mediatoris manum lex lata est a Deo Gal.
III, 19, qui fletit inter Iehovam et inter coetum piorum Deut.
V, 5. quem populus sanctus sibi mediatorem, qui cum Deo pro-
se ageret, petiit depoposcit et publice constituit Exod. XX, 19.
quem quoque mediatorem, a populi principibus et senioribus
oblatum, Deus optimus accepit Deut. V, 21. scilicet approbans eorum
delectum et dicens רְאֵבָר אֶשְׁר דָבַר יְהוָה Deut. V, 25. XVIII, 17.
qui denique vi huius potestatis, ab utraque litigantium parte
sibi collatæ, solus ex omni genere humano inter Deum et coe-
tum pium pepigit foedus Exod. XXIV, 7. f. Hunc autem
Mosen talem atque tantum mediatorem iam tunc oraculum di-
vinum non nisi exemplum et typum melioris mediatoris esse si-
gnificavit. Licit enim populus, metuens inter tonitrua et ful-
mina Deum ipsum audire, propterea Mosen mediatorem dele-
gisset, atque hunc Deus acceperisset: tamen Iehovah summus
animadvertisens, neque iniuria populum, conspectum suum per-
timescentem, ad mediatorem configere et provocare, neque
Mosen omni tempore, sicuti nunc, aut sufficientem mediato-
rem esse posse, pro sua gratia infinita iam tunc populo promi-
sit alium prophetam, qui, sicuti tunc Moses fuerit, mediator
perpetuus et perfectus esset, et iram Dei ab ipso averteret, ne
unquam posthac fulmina numinis irati audire cogeretur. Hæc
sane videtur esse summa vaticinii de propheta tali, qualis fue-
rit Moses, aliquando excitando Deut. XVIII, 15. Venit itaque
in mundum promissus mediator Messias, cuius simulacrum fuit
Moses mediator inter Deum et Israëlem. Sicut enim hic fuit
mediator foederis antiqui, ope sua inter Deum et Israëlem con-
fecti: ita Christus fuit mediator foederis novi Ebr. IX, 15. XII, 24.
ut

ut etiam hoc loco verum sit, quod Moses cum sua lege sit tan-
tum umbra futorum honorum Ebr. X, i. Quo sit, ut etiam
melioris foederis, quam Moses, mediator Christus appelletur.
Ebr. VIII, 6. Enimvero Christus est tanto præstantior media-
tor, quam Moses, quanto melior est is, qui suo novo foedere
antiquavit vetus, qui foedus melius instituit, quod non so-
lum ostendit rationem voluntatis divinae, sed etiam viam huic
satisfaciendi, qui denique non solum mediator rationalis est,
sed etiam vadimonialis, qualis Christus unus et solus profecto
est. 1. Tim. II, 5. Ita enim video doctorem Vitebergæ nostræ
celeberrimum Zeibichium a) inter mediatorem utrumque Chri-
stum et Mosen ingeniosa brevitate distinxisse. Verum enim
vero qualis comparatio inter Mosen et Christum, si hujus me-
diatoris officium generatim consideremus, intercedit, talis et-
iam inter utrumque reperitur, si speciatim ad huius mediato-
ris munera diversa descendamus. Namque pridem videmus
doctores sacros ita officium Christi distribuisse, ut hunc et pro-
phetam et sacerdotem summum et regem fuisse ostendant. Sed
vero animadverto, Mosis et Christi comparationem longe felici-
ius longe facilius processuram esse, si iam oratio nostra ad fin-
gula hæc munera transeat, atque eadem Mosi quoque conve-
nire demonstret. Evidem Mosen sacerdotem sumnum fuis-
se, lego, viros magni nominis et multæ doctrinæ ex doctoribus
nostris negare. Namque, ex quo Bellarminus, b) heros ille
partium Romanenium, potestatis, quam pontifici suo Romano
tribuit, tum civilis, tum sacræ, argumentum aliquod ex eo vo-
luit pètere, quod Mosen utraque auctoritate communum fu-
isse dicat, multi doctorum nostrorum utramque negarunt, ut
eo efficacius veritatem Lutheranam in luce collocarent. Cum
vero parva vis argumentandi in omni similitudine insit, hæc i-
pia autem similitudo Mosaica longius arcessita esse merito iudi-
cetur: sequamur iam simplicitatem interpretationis nostræ, et

vi-

a) ad Gal. III, 19. in scholis academicis MSt. ad epistolam Gal.
explicandam institutis.

b) de V. D. cap. 4. de L. S. de R. P. c. 9.

videamus, quid de Mosis officiis, scripturæ sacræ autoritate indueti, sigillatim dicere queamus. Primum enim ipse Deus optimus maximus Mosen et Aaronem dicit יְהוָה sacerdotes suos Ps. XCIX, 6. Et licet Calovius, Geierius, Salomo van Till c) recte afferant, בָּנֵי יִשְׂרָאֵל ministros intimos principis non raro appellari: tamen non capio, quam ob rem Moses, cum Aaron coniunctus, בָּנֵי יִשְׂרָאֵל appelletur et tamen eadem ratione, qua Aaron hoc nomine gaudet, eo nomine non insignitus esse intelligatur. Id quod magis adhuc eo confirmatur, quod Christus, quando cum Mose comparatur, ἀντόσθιος οὐδὲ δικαιοῦς nominatur. Certe dum Paullus Christum, sacerdotem summum fidelem fuisse, sicuti Mosen, in tota domo Dei ait, quis non animadvertis, inanem fore totam hanc comparationem atque ieiunam, nisi ipsum Moses sacerdotem summum eidem esse credamus Ebr. III, 1. 2. Namque ubi Doctor Tarvensis semel instituit de Christi sacerdotio summo disputare Ebr. II, v. penult. primum Christum sacerdotem comparat Ebr. III, 1. s. cum Mose, postea vero demum cum Aarone Ebr. V, 4. s. Idem vero adhuc multo planius conficitur, si deinde consideremus, Mosis omnia ea iure tribuenda esse, quæ a sacerdote summo modo poterant expectari. Namque Ebr. V, 1. ubi fere definitio sacerdotis summi habetur, ostenditur, sacerdotis principis esse, ut sit pro hominibus constitutus, ad ea peragenda, quæ inter Deum et homines intercedunt, et ut dona atque in primis sacrificia offerat Deo immortali pro peccatis. At vero Mosen medium inter Deum et populum Israëliticum intervenisse, et apud Deum pro eodem diligenter egisse, ex iis, quæ diximus de Mose mediatore, iam existimo patere. Idem autem Moses semel sacrificium tam solenne tamque memorabile Deo legitur fecisse pro populo, ut ea tanto liceat silentio præterire sacrificia, quæ in Aarenis pontificis ipsius summi inauguratione confecit. Namque, cum fœdus inter Deum et hominem iceret, patratis sacris ministerio primogenitorum Israëlitarum, cum adhuc neque Aaron neque eius filii sacerdotes essent, Moses sanguine victimæ in manum assumto, eodem et populum et librum legis conspersit, ut hoc

(3)

uno

c) in commentariis suis ad h. I.

uno sacrificio foedus divinum humanumque confirmaret, atque hac ratione, si populus legibus foederis staret, expiationem perfectam eidem inveniret. Exod. XXIV, 6. ss. Quæ quidem omnia adeo perspicue ostendunt, Mosen sacerdotem et esse et recte dici, neque propter ea videri mirum, si sacerdotii huius Mosaici fama ad peregrinos quoque emanavit, ut d) Manetho etiam Mosen sacerdotem, licet deificitum, fuisse traderet et perhiberet. Sane Mosen sacerdotem summum fuisse, vetus opinio Iudeorum videtur indicare, si modo ea a Philone Iudeo potest disci, qui totis libris secundo et tertio de vita Mosis in eo est, ut demonstreret, Mosen legistatem et regem, sacerdotem principem et prophetam exitissime. e) Tanta tamque perspicua inter Mosen et Christum similitudo intercessit, ut etiam Iudeus, nihil de Christo cogitans, singula officia, quæ Christo tribuimus, in Mose reperiret. Sed vero pergamus in sacerdotio Mosis contemplando, et confidemus, quomodo idem multo aptius, quam ipsum sacerdotium Aaronis, cum Christo sacerdote possit conferri. Namque, quod iis fortasse satisfaciet, qui Mosen sacerdotem principem fuisse negant, quoniam talem, qualis Aaron fuit, intelligere videntur, Moses non fane fuit sacerdos, ex more et institutis legis sue, sacerdoti summo praescriptæ, diudicandus, quippe sacerdos fuit, antequam illa lex ferretur, imo antiquam arca foederis aliqua esset. Nonne autem ipse Christus pariter fuit sacerdos επαγγελτικούς ἀρχηγούς Ebr. VII, 16. Deinde Moses sacerdos uno sacrificio semel populum et expiavit, et foedus divinum confecit. Sed eadem ratione Christus sacerdos sacrificio, pro quo semel ipsum obtulit, et foedus pepigit novum, idemque sacrificium semel peragere necesse habuit ad genus humanum ab ira divina redimendum Ebr. IX, 12. 25. In qua quidem ratione duplici nemo sacerdos princeps cum Christo ita convenit, ut Mosen sacerdotem Christo sacerdoti omnium simillimum fuisse recte dicamus. Cum autem recte contendant doctores sacri, Iesum optimum sacerdotem nostrum summum fuisse sic, uti non solum pro nobis Deo patri satisfaceret, sed etiam adhuc pro nobis apud eum deprecaretur, hanc quoque deprecationem

d) apud Iosephum contra Apionem L. I. p. 461. editionis Havercampianæ.

e) Sic e. g. p. 506. L. II. statim ait: ἐγένετο προφοίδα Θεός βασιλεὺς τε νομοθέτης καὶ αὐχειρέευς καὶ προφήτης καὶ ἐκάστῳ τῷ πεντετελεῖ γένεγκατο.

nem Mosei ficerdoti tribuendam esse docuit Philo. f) Enimvero Mosen efficacissime ruinam populi Iudaici deprecatum esse confit Exod. XXXII, 1. Num. XIV, 13. Pl. CVI, 3. Num. XXI, 7. Haec autem deprecatio Mosis ita singularis fuit, ut ipse Deus testetur, candem omnium potentissimam extitisse. Ier. XV, 1. Certe sicuti neminem videmus tam sapientiam potenter pro tanto populo oravisse, quam quidem fecit Moses: ita nescio, quare haec frequens et efficacissima deprecatio Mosis non perspicua imago Christi pro coetu facio patrem perpetuo deprecantis esse queat? Ut autem Mosen nostrum adhuc similiorem Christi reddamus, nunc quoque videamus, quam et qualis uterque rex exiit. Christum fuisse regem, ipsa quoque suspensi crucis docuit eius hostes. Sed Mosis quoque fuit rex in Ieschurun, in Israele Deut. XXXIII, 5. Etsi enim hic quoque Mosen regem indicari nonnulli negant, cum Cocejo: tamen Lutherus, Calovius, Calvinus, Junius et Tremellius, Grotius et interpres plerique summi, Mosen recte hic intelligi contendunt, itaunque sententiam ex Genet. XXXVI, 34. confirmant. Sed vero qualem regem putas Mosen fuisse? Etiam Mosis tempore Deus ipse rex summus Israëlis voluit esse. 1 Sam. XII, 12. Mosis autem fuit rex, non quales imperant alii gentibus summa et maiestate et autoritat: ad publicam tantum utilitatem, sed potius habuit regnum divinum, in quo omnia ex nutu divino administraret, nec modo ad utilitatem huius atatis, sed etiam religionis et eternae vita securitatem omnia referret. Quid similius potest dici illi, quod Christus publice confessus est, suum regnum non esse de hoc mundo Io. XVIII, 36. Sicut enim Mosen pro regio officio suo duxit populum Israëlem Ps. LXXVII, 1, ita fane Christus venit etiam, qui ducet populum Dei Matth. II, 6. Tandem comparatio ultima, quam inter Mosen et Christum instituimus, versetur in munere prophetæ. Quod si Christum tanquam prophetam consideramus, attendimus ad eius doctrinam, doctrinæ vim divinam et ad sacramenta, ab ipso instituta. Sed vero Mosis licet legem docuerit, Christus autem de gratia Dei concionatus fit: uterque tanzen pro doctrina ratione inter se ab ipsa scriptura faciat. Io. I, 17. confrontratur, cum fane nulla doctrina et nomen celebrite et discipulorum multitudine et perpetuatis tempore tam proprie ad Christi accedat doctrinam, quam Mosaiaca. Vis doctrina singularis extit in Mose sic, ut etiam ipso splendore facili divino in codem indicaretur. Sed hic ipse splendor est, quem etiam Paulus cum doctrina Christiana praestantia comparat 2. Cor. III, 7. Quando idem docttor gentium commemorat, quantis poeni fuerint affecti hi, qui Mosis sint refragati doctrina: Deum immortalem, que ve horum impetu et flumine nos non dehortatus a doctrina Christi spernenda, ut pote doctoris longe maioris! Ebr. XI, 35. X, 8. f. II, 1, 7. Ipsa vero sacramenta foederis novi quin similitudinem aliquam in Mose deprehendant, vix est quod dubitemus. Enimvero quando Paulus affirmat, Israelitas, per mare rubrum transfuentes, sub numeris

f) Libr. II. p. 506. edit. Colon. ἐδείχθε τῷ τοιέτῳ τῆς πέριστης λεγωνίνης, ἡ ἐπὶ τελεῖοις λεγοῖς η ἐπιτήμην τελεατῆς Θεοῦ θεοπεπίου, αἰποτεστημήν μὲν κακῶν, μετεπίστων δ' ὀργαθῶν αὐτῷ τε καὶ τοῖς αἰχμομένοις αἴτη- τοις παιζοῖ Θεού καὶ τοῖς εὐχαῖς συνεπινεύσαντος.

be baptizatos esse in Moſen et ad fidem Moſi faciendam, quid aliud doſit r gentium voluit significare, niſi baptifimum noſtrum ſub nube iahū baptismi typici fune adunbratum. Cor. 4, 1. Nonne autem Chriftus coenam sacram intitugis et clamus: hic eſt ſanguinis novi teſtamenti Matth. XXVI, 28. iis ipſis verbi uifus eſt, qui buſ Moſes, fœl uis inter Deum et Iſraēlem pangens ſanguinisque alperſione conficiens, a i populi peroravit: hic eſt, inquiens, ſanguis teſtamenti, quod Deus præcepit Exo 1. XXIV, 6. Nonne hunc ipſum ſanguinem foedelis Mofaici cum Chrifti ſanguine Paulus comparavit. Ebr. IX, 12. Sic igitur optime conſentunt inter ſe prophetæ duo magni, Chriftus et Moſes. Moſes in omni domo Dei fideliſt fuit, et ei, ut Seb. Schmidius exponit, ſumma fides habita eſt, tanquam ſervi Chrifti adhuc multo maior tanquam filio. Ebr. III, 1. f. Moſi ſoli ex prophetis contigie haec gratia, ut fine ſymboli interventu Deus de facie ad faciem cum eo colloqueretur. Num. XII, 6. 7. 8. Chriftus autem prophetæ eſt filius in ſinu patri, fedens Deumque perfecte videns Io. I, 18. Quin etiam Moſes vidit oculis ſuis in hac vita gloriam Dei Exod. XXX, 1. quod præter Eliam. Reg. XIX, 1. f. nemini accidisse legimus prophetarum, et forsan haud abſtum eſſet dicere, ideo ſolos Moſen Eliamque ex beatis animis ad Chriftum conueniendu n defecidisse, Marc. IX, 4. ut etiam ibi gloriam filii Dei in terribus viderent, quum iam ad coelos eſſent elevati, ſicuti ante gloriam coelestem Dei viderant in terribus. Nonne autem haec imago Moſis prophetæ Deum yidentis nobis referat Chriftum, matrem Deum plane intuentem? Moſes omnes prophetas miraculorum et multitudine et magnitudine ſuperavit, ut Iudeus doctor Menachem Ben Iſraēl 76, miracula Moſis unius polliſt numerare, g) cum reliquorum prophetarum miracula, ab orbe condito ad primi compli deſtruitionem vix 74, numerum attingant. Qualibus et quantis et quo miraculis Chriftus doctrinam ſuam conſirmavit? Moſes fuit pater omnium prophetarum præcedentium et ſequentium cum. Moſe neque major neque præta, riore ullus extitit prophetæ. Quanto autem excellentior eſt prophetæ omnibus Chriftus, Moſi utique par, aut potius longe ſuperior, certe eius humiliſ Deut. XVIII, 5. Sufficiant autem nobis haec comparationes, cum alijs alia probentur. h) Enīn vero noſtra nobis ſatisfaciunt, ut in tripli officio Moſen cum Chriftō compari poſſe videamus. Haec enim commentatio brevis ſucepta a nobis eſt, ut ad uitores invitandos pro more et conſuetudine noſtra nobis præpararemus. Cum enim duo iuuenies, et ingenio et morum moditia florentissimi

IOAN. CHRISTIANVS MULLERVS, Zizenfis, et
GVSTAV. ADOLPH. TREPTIVS, Dresdenfis,
a nobis diſcedere et in academia literarum ſtudia continuare decreverint, ipſe quidem
diligentissim⁹ horum ſuccell⁹ gaudeo. Quoniam a tem iudem et doctrina ſua ſpecimen
edere publice ille quidem oratione Latina de providentia divina in literarum ſtudiis;
Hic vero oratione Gallica de cauſis recepti in Germania iuriſ Romani et deinde vale
nobis dicere decreverunt: patronos fauores atque amicos Lycii noſtri hinc peroffi.
cioſe inde humaniſſime invito, atque una etiam atque etiam eos obteſtor, ut hoc quo
que ſui erga nos favoris et amoris documentum nobis comprobare et perbenevolo
oratores iuuenies noſtr⁹ cras, facris publicis finitis, audire velint.

Dedi A. O. R. clo lo CC XXXVI. ipſis Calendis Martii.

g) in conciliatore quaest. XI. ad Deuter. p. 238. f. h) e. c. Frischmuthus in pecu
liari Diſſ. ad Deut. XVIII, 5. et Herin. Witsius Mift. ſacr. part. I. L. I. c. 7. p. 41. ff.

AB:155056

VD 18

ULB Halle
003 085 112

3



TA → SL
nur 75 Blatt /

VDT7

R

MOS
CI

ORA
MNO
DI

AVDI

M. Mic

imprime

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

